



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. IIX. Maleficiū.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

mentem non revocavi aliquid, quod ipse etiam sic anceps non cogitaret; sed solum in genere docui minus malum in eo, & similibus obdurationis eventibus potius esse faciendum, quam majus, judicando quale sit minus comparatione personarum, quas latro in eum furandi finem mente revolvebat. Ita resolvit in terminis Lessius *d. c. 13. n. 21.* sic intelligens dicta per Sot. *de Justit. lib. 4. q. 7. art. 3. prope fin.* & reprobus Petrum à Navarra tenentem oppositū *l. 3. c. 4. n. 30.*

Dixi, nisi tertius damnum molestè non suscipiet, ut ostendatur, quod in his terminis poterit dicta svasio minoris mali fieri etiam cum damno tertii, in particulari designando, scilicet ejus personam directè, & in individuo: nam supposito quod ille, ut quia multum dives est, & conjunctus, verbi gratia, pater, aut mater, aut ascendens, vel descendens, aut alioquin amantissimus alterius, cui damnum alternativè paratur à latrone, non ferret molestè illud sibi potius inferri, jam censetur in eo damno consentire, ac proinde nulla ei fit injuria in svasione, & indicatione, juxta *reg. scienti. de Reg. Jur. lib. 6.* cum similibus. Et ita in terminis resolvit Lessius *d. cap. 13. sub num. 20.* Hujus tamen sententiam cautè limitabis, ut procedat in damno remisibili per illum tertium, & in quo ille possit consentire, secus in damno irremisibili per eundem, ut concluditur cessante illa ratione remissæ injuriæ; juncta *reg. text. in cap. cum cessante 60. de appellat.* cum similibus, & satis cernere potius in exemplo Loth, de quo suprà, in cujus terminis non parum verisimile est, filias ab eo prostitutas habuisse animi preparationem, ut patris vota submiserit, licet injustè, in seipsis adimplerent; & tamen quia dictum earum præjudicium, nempe propria pudicitia, non poterat ab illis remitti absque peccato, ideo Loth in hac minoris mali svasione reprobat à Doctoribus melius sentientibus, de quibus suprà.

Dixi tandem, nisi fuerit aliquo obligatus ad illud damnum suscipiendum, ut ostendatur, quod in his terminis svasio minoris mali fieri poterit etiam cum damno tertii in particulari, quia supposita ejus damni necessaria susceptione, ad quam tertius supponatur obligatus, jam ei non inferitur damnum injustum, nec formale, sed solum materiale & justum, & ita cessat contrariæ resolutionis fundamentum. Exemplum poni potest in eo, quem ut divitem, & furandam, verbi gratia pecunia, nul-

latenus egentem, latroni designo nominatum, & in individuo, & ipsi potius damnum inferat, quam alteri, si in hac hypothefi supponatur, quod alter, à quo illud avertere intendo, sit illi totum damnum congruo tempore repensurus, ita ut in eo non præjudicetur: hoc enim damnum ipse à me designatus permittere tenetur ex lege charitatis, ut in specie resolvit Lessius *d. cap. 13. n. 20. in fin.* & efficaciter deducitur ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, sustin. teneris, de qua in *l. 1. §. id. ajunt. ff. de aqua pluvia arcenda.* (Hæc ita ad verbum Pontificius Barboza. A cujus sententiis Collectores aequè hinc alieni sunt, ut Grammatici à verbo furanda. Sic autem sentiunt ex duobus malis culpæ non unum eligendum, sed utrumque cavendum esse *ad Roman. 3. c. 8.* D. Gerhard. *confess. Cathol. lib. 1. part. 2. cap. 2. pag. 233.*

CAP. IIX. Maleficium.

Axioma I.

Maleficia fieri malum est etiam propter exemplum aliorum. *l. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. inter. est ergo Reip. ne delicta coalescendo l. 6. C. de defens. civ. maneat impunita. l. si longius 18. ff. de judic. l. si ita 51. in fin. ff. ad L. Aquil. l. in delictis. 4. §. cum 4. ff. de Noxal. act. l. Stichum 95. in pr. ff. de solut. Nov. 77. cap. 1. cap. un. de pen. in extm. Constit. Carol. crim. art. 5. quia peccatis debentur supplicia. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. & lib. 1. de Orat. Ubi enim poena contemnitur, liberum est homini malè agendi arbitrium. vid. Mart. Monter. *decis. regn. Armg. 7. numer. 11.* Hinc sine justitia ultrice ne Jovem quidem ficti cœlites & Poëtæ gubernare potuissent finxerunt. Lactant. lib. 17. de im Dei. nec domus sine justitia salva consistere potest, Ofor. lib. 4. de Reg. Instit. August. 4. de civit. Dei c. 4. Ita poenas ob maleficia solvi (ajente Cajo) magna suadet ratio. *l. si autem reo 70. §. fin. 5. ff. de fidejuss. l. per omnes 6. C. de defens. civit. l. qui capitalium 28. §. famulos 15. ff. de penis. l. 1. C. ad L. Jul. repet. l. 7. C. ad L. Fab. de plagiar. c. licet ubi gloss. 44. q. 4. Bart. *conf. 223.* jubet publicæ disciplinæ favor ac vigor. *l. locatio 9. §. quod illicite. ff. de public. & vectig. cap. ut fama 35. de sentent. excom.* siquidem poena unius multorum est metus. *l. 1. C. ad L. Jul. repet. l. si vindicari 30. C. de pen. cap. Clericos de cohab. Cler. & mul. atque serio monet æquitas. l. quæsitum 10. ff. de sepulch. viol. Bart. in l. si quis pro emptore 4. quest. pr. ff. de ususcap. Caroc. *decis. 6. n. 26.* Hinc nihil magis impedit sanitatem, quam conniventia criminum, & remedium negligentia *l. si quis servorum 20. C. de furt.* quando enim maleficiorum excessus justo præsidis rigore minus stringitur, sit vitiosa poenæ remissio criminum nutritiva, & crescit ex hoc facinorosis audacia liberq; quodammodo transitus***

Rr

violen-

violentia præbetur. Frider Imp. in rescript. nec pari malitia malorum numero conjungi decet. cap. paratus 23. q. 5. l. illud convenires. ff. de pact. dotal. l. 1. ff. ad SC. Maced. neq; majus Deo quipiam offerri concedet sacrificium, ac si, qui in suam aliorumque perniciem debacchantur, competentem vigorem compescantur, cap. quali causa 23. q. 5. Matth. de Afflict. Constit. si except. in 2. not. lib. 2. Jafon. in l. 2. C. de indict. vid. toll.

II.

Maleficium est distinguendum secundum propositum & voluntatem. l. qui injuria 53. pr. ff. de furt. l. quod Reip. 33. ff. de injur. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. & l. 1. §. divus 3. ff. eod. cap. significasti 18. extr. de homicid. junctis his quæ tradit Marfil. conf. 25. num. 4. conf. 26. num. 8. conf. 35. num. 11. consil. 40. num. 19. Farin. 1. conf. crim. 35. num. 7. Joh. Fichard. 1. conf. latin. 58. num. 7.

III.

In Maleficiis voluntas spectatur non exitus. cap. cum voluntate 54. de sentent. excom. l. 1. §. 3. l. 7. l. Divus 14. ff. de sicar. l. 53. ff. de furt. l. 8. ff. de jurejur. l. 79. de R. I. Paul. 5. sent. 23. §. 2. Guilh. Boeckel. de publ. judic. disquis. 9. p. 265. Ex corde enim procedunt adulteria, furta & hujusmodi, cap. 1. 15. q. 5. in fin. cap. proposito. & c. sicut enim. 32. q. 5. Unde & Cain, antequam fratricidium committeret, ut homicida à DEO damnatus est. cap. num. quid Cain de poenit. dist. 1. imò & affectum plus considerari quam effectum, apparet ex c. nuper ad fin. de bigamis. Joh. Andr. in q. 5. Mercur. q. 29. num. 2.

Declara, hanc regulam procedere in terminis, cum quæritur quale sit delictum? hoc enim respectu voluntatem considerari eamque distinguere maleficia, dictum est axiom. præcedent. secus vero cum quæritur, quatenus delinquens puniri debeat, tunc & inter alias circumstantias rationem haberi eventus docet l. facta 16. §. eventus. ff. de pen. cum solius cogitationis poenam nemo unquam pati debeat. l. 18. ff. eod. quapropter ut voluntas vel cogitatio puniatur, factum aliquod subsequi debet, licet delinquens ad exitum non perduxerit. l. 1. in princ. ff. ad L. Cornel. de Sicar. §. item Lex Cornelia de sicariis Inst. de publ. jud. vid. Pacium évart. cent. 7. n. 65.

IV.

Maleficium alterius personæ alium non condemnat. l. 2. C. de his qui latrones. l. sancimus 22. C. de pen. sicut nec è contrario alterius beneficii alterum à debito absolvit. arg. l. fin. C. de accus. Pileus Mod. in q. 5. jurid. q. 44.

CAP. IX.

Malitia.

Axioma I.

Malitia crescente crescere debet & poena. c. quoniam 5. ut lite non contestat. l. quicunque 4. C. de servis fugitiv. II.

Malitia laudando augeri non debet. l. 1. §. 4. vers. non enim. ff. de serv. corrupti.

III.

Malitia supplet aetatem, l. 3. C. si minor se majorem dix. c. de illis. 9. cap. à nobis 8. c. fin. extr. de

despons. impub. Pacian. 2. de probat. cap. 3. num. 110. & cap. 41. num. 32. Zachar. Ferrer. in not. ad Panorm. dist. cap. de illis. Ubi intelligit hoc verum esse quoad contrahendum matrimonium, quod tamen vix admittendum esse, nisi in iis qui proximi sunt pubertati, quales intelliguntur, qui ab ea distant solum per sex menses: ubi volunt Dd. post gl. communiter receptam in cap. continebatur. verb. proxima. ubi Innocent & Abb. in cap. attestaciones. vers. circa finem desponsat. impub. Card. consil. 4. Staphil. de var. mod. vac. tit. beneficiatus contrahens. vers. sed tenendo. Pute. decis. 55. lib. 2. Bald. post Guilhelm. de Cun. in l. excipiuntur. & Rom. num. 5. not. 2. ff. ad SC. Syllan. Nam esto, quod post septennium juris præsumptione adsit illa discretio, quæ sufficit ad validanda sponsalia de futuro. l. sponsalibus 2. de sponsal. cap. literas. de desponsat. impub. Joh. Andr. & Abb. in cap. juvenis de sponsal. illa tamen prudentia rationis sufficienter discernens sola ad validandum matrimonium, in quo perpetua indissolubilitate corpus traditur, prout concludunt Turrecrem. in cap. non est 30. q. 2. Abb. in dist. c. de illis. num. 4. de desponsat. imp. non sufficit, sed requiritur ad hoc ut malitia suppleat aetatem & potentia coeundi naturalis, quæ ante annos pubertatis advenire non præsumitur d. cap. à nobis. cap. fin. de despons. impub. vid. Covar. lib. 4. decret. p. 2. cap. 5. n. 3. vid. tamen Pacian. egregie differentem consil. 123. n. 145. quare & annos discretionis pro annis pubertatis interpretantur Goffred. in summ. eod. num. 3. Joh. Andr. in c. duo pueri, eod. tit. imò & in delictis aliquando malitiam supplere aetatem patet ex l. 7. C. de pen. quod ibidem Gothofred. admittit, si modo impubes sit proximus pubertati neque sentiat quibus delinquit. per l. 16. §. 3. in fin. ff. eod. l. 23. §. 1. in fin. ff. de adul. edict. l. 23. ff. de furt. l. 111. de R. I. ubi vid. Sandæ. & Theoric. disput. 10. de pan. thes. 4. lit. E. Limitari etiam solet regula hæc (1) quantum ad testimonium, l. de aetate 11. in pr. ff. de interrog. act. (2) quantum ad religionis ingressum, Innoc. in c. postulasti de regularib. quia his in casibus aetas non consideratur ex discretionem, sed requiritur præcisè numerus annorum, cap. 1. de regular. Panorm. in cap. attestaciones de despons. impuber. num. 10. Adde Anal. nost. Constit. Carol. artic. 164.

IV.

Malitia à Principe censetur remota. Novell. 88. Cravett. de antiq. temp. 1. part. pr. n. 37. Gothofred. ad Nov. 105. c. 2. Menoch. 1. arb. jud. q. 5. 7. n. 71. Zaf. consil. 10. n. 5. lib. 2. Arnif. de Majest. c. 3. n. 12.

V.

Malitiæ hominum poenis præmiisve vincuntur. Carpov. lib. 99. crimin. p. 3. q. 5. 101. num. 1. Adhib. tract. nost. de metatu pact. 1. th. 1. pag. 145. l. 1. C. de adfessorib. can. omnis 4. dist. 3. Lips. lib. 5. de milit. Rom. dial. 17.

VI.

MALITIIS non est via aperienda. l. cum hi 8. §. si cum hi 20. ff. de transact. l. quoties 11. in fin. C. de fideicom. l. si legatarius 25. C. de legat. Flamin. Paris de confident.